pus ab eo Imperasset: vt p̄fpus q; periret profec<sup>9</sup> domum res domesticas ordinaret: alter vadet p altero se tyranno dare non dubitauit. Appropin-quante autē defulsa die nec illo redeunte: cū vni quisq; tam temerarium sponsorem stultitiae dam-nasset: is nihil se amici constantiam metuere p̄predicabat. Eodem itaq; momento eademq; hora p Dionysium constituta: qui eam acceperat superuenit. Admitratus tyrrannus amborum animūm supplicium remisit: eorumq; fidei se coniungi de-siderans eos: vt ipsum in societatem suā amicitię recipierent rogauit. Scribit etiam hieronym<sup>9</sup> alia documenta seu leges: quas pythagoras in sua tra-didit politia duorum videlicet temporum maxi-mē curam habere: mane videlicet & vesper. i. eo rum quę acturi sumus & eorū quę gessimus. post deum veritatē colendam quę sola homines proximi mos deo facit. Refert etiā Hieronymus sup ecclasten pythagoricā fuisse doctrinam: vt homi-nes scholastici vñq; post quinquēnum raseant. Postea vero eruditī loquantur. Item alia documēta & leges de ipso reperiuntur sub enigmatibus tradita qua Hieronymus narrat contra louīna-num. Stateram inquit ne trāsilias. i. ne p̄tergredia-tis iustitiām: Ignē gladio ne foueas. i. iratum & tu-midū aīz verbis maledicis ne laceſſas. Coronā mi-

T iiiii

mine carpēdā.i. leges vrbīū obseruādās Cor nō comedendum.i.micerorē de aio expellēdū: per viam publicā ne ambules.i.ne multorū securatis erōres.Irundinem in domo non habeas.i.garrulos & verbosos in tua societate non suscipias: & multa alia documēta vel his similia leges:quia in sua politia p̄dictus pl̄is tradidit magis ordinata ad regimētum animē q̄ corporis:qua regulata:corporalia facilius disponunt. Et hēc ad p̄nī de diuersorum politiis dicta sufficient. Nūc vero de vera vita politica:sive per p̄m tradita:sive per allos sapientes in sequentibus est agendum.

**C**In quo constat perfecta politia ex qua accipitur felicitas politica.s.i quando partes politiæ sūt bēne disposite & sibi adiuicem correspondēt.

## CAP. XXIII.

**V**la vero cum de politia agitur ad ciuitatē referit:modus agendī de ipa ex qua ciuitatis dependet.Ciuitas autē vt Aug.dicīt in prio de ciuii.dei est hominī multitudine aliquo societatis vinculo colligata q̄ vera virtute beata reddit. Hæc autē diffinitio a sīna philosophi nō discordat:qui in pfecta politiæ regimēne felicitatē ponit politicam:vt ex primo aethi. patet.Virtus em̄ qua rector politic⁹ ciuitatē gubernat architecta ē respectu cuiuslibet aliarū virtutū

qua sūt in ciuib⁹:quā ceterę virtutes ciuiles ordinat̄ ad istā:sicut ad militarem equestris & sagittaria.Et ideo in opatione eius cū sit virtus sup̄ma consistit felicitas politica:vt pl̄is videat velle in cō memorato iam libro.Sic enim de vera & perfecta politia cōtingit quēadmodū de corpore bene disposito:in quo vites organicas sūt in perfecto vigore.Et si virtus sup̄ma q̄ est ratio ceteras dirigat inferiores p̄s:& ad suum moueantur imperium tunc insurgit quādam suavitatis & perfecta delectatio virtū in alterutrum:quā harmoniam vocamus.Vnde Aug.dicit in.iiii.de ci.dei.q̄ respu.sive cluitas bene disposita melodię vocibus cōparatur:in qua diuersis sonis proportionatī adinuicē fit cantus suavis & delectabilis auribus:quaē proprietate sūt in statu innocētię regulata ex virtute originalis iustitię prēter actū diuinę cognitionis.vñ causabatur contemplatiua felicitas & etiam modo ēm quandam p̄cipitatam virtutē in viris p̄fēctis:vt nihil velint nisi qđ regula mādat rationis & qđ deo placet.Ex hac quidem rōne motus sūt pl̄is assimilare rēpu.seu politiam naturali & organico corpori.In quo sunt mot⁹ depēdētes ex uno mouēte sive ex duob⁹:vt sūt cor & cerebri:& tñ in qualibet p̄te corporis est operatio propria primis motibus correspōdēs & in alterutru subministrās

De regimine Principum

Vnde hoc corpus dñini munera beneficio aīata  
asserit: & q̄ summe equitatis nutu dei agitur mo-  
deramine rationis. Qd & & apl's confitmat in pri-  
ma epistola ad corin. Ostendens totā ecclesiā esse  
vnū corpus distinctum in partib⁹: sed vnitum  
vinculo charitatis. Ad verā igitur ciuitatem si-  
ue politiam requiritur: vt membra sint cōformia  
capiti & adiuicem non discordēt: & sint omnia  
sic disposita in ciuitate ut iam est dictum. C Am-  
plius aut̄ in causis & causatis & mouētibus & mo-  
ris ita videmus q̄ est debita proportio ipsorum ad-  
iuicem q̄tū ad influentiam: quia inferiora mouē-  
tur fin superiorē motū & superiora mouēt q̄  
tum ad inferiori conueniens: cum natura non de-  
ficiat in necessariis. Si igitur talis ē ordo superior⁹  
ad inferiora & ecōuerso in qualibet natura creata:  
multo magis ēē debet in natura intellectuali q̄to  
perfectior ē inter entia. Si ergo talis dispō suauita  
rē facit cōtemplādo: multo magis opando. Et hinc  
pythagorici moti fuerūt i cōstellib⁹ corporib⁹ po-  
nere melodiā: vt p̄his dicit in secūlo de cōcelo p̄p̄  
ordinatos mot⁹ quos hñt & indeficibilem. vñ iſur-  
git summa suauitas: & q̄ ipa fore dicebat aīata: ex  
iac p̄re eisdē dabat felicitatē. ergo sic politice vi-  
uere p̄fectā & felicē vitā facit. C Prēterea ordo epa-  
tiū dispartiūq̄ terū sua cuiq̄ tribuēs dispō: vt Au-

Liber. IIII.

Fo. CL.

gust. dicit. xviii. de ci. dei. Per quā diffinitionē ha-  
bemus diuersū gradū in politia: tā in executione  
officiorū q̄ in subiectōe siue obediētia subditorū  
Vnde tunc est perfecta socialis cōgregatio: quan-  
do quilibet in suo statu debitā habet dispōem &  
operationem. Sicut em̄ edificiū est stabile quādo  
partes eius sunt bene sitē: sic de politia contingit  
q̄ firmitatem habet & ppetuitatē quādo quilibet  
in suo gradu: siue rector: siue officialis: siue subdi-  
tus debite operatur: vt suę cōditionis regit actio  
Et q̄a ibi nulla est repugnātia: cōsequēter ibi erit  
summa suauitas & ppetua firmitas status: & hoc ē  
propriū felicitatis politiæ: vt pl̄s tradit. Hos aut̄  
tales rectores ciuitatis siue politię p̄ cōsuādo i pa-  
ce pp̄lo. describit nobis in exodo hietro cognat⁹  
Moyſi. Prouide ingt de pl̄be vitos potētes in quis  
b⁹ sit veritas. & q̄ oderit avaritiā: & constitue ex  
eis tribunos & cēturiōes & qn̄q̄genarios: & deca-  
nos: q̄ iudicēt ppl̄m oī tpe: & postea subdit. Si hoc  
feceris i plebis i perī dñi: & p̄cepta eius poteris  
suffinere: & omnis hic populus reuertetur in pa-  
ce ad loca sua. Quasi omnia subsistant in quā-  
dam suauitate mentis & pace temporis: ex quib⁹  
bus insurgit felicitas hominis si tales sint guber-  
natores reipublice quales hic ordinantur. Ta-  
les & Sallustius dicit fuisse rectores Romanos.

## De regimine principiū

Vñ respub. ex parua facta est magna; qā in eis su  
it domi industria; foris iustū impīti animus in cō  
sulendo liber neḡ libidini neḡ delicto obnoxius  
In quibus tales ac<sup>9</sup> virtuosi regiminis nobis tra  
dūt: vnde perfecta & felix ostenditur politia.  
Dividit politiā tripliciter & vnaquāq; partem  
psequit & p̄io qualiter in partes distinguunt: inte  
grales scdm opinionē socrat[&] platois. ca. xxiiii.  
**N**unc igit̄ de his ī sepcie est agēdū, ī quē  
siue in quas partes: ciuitatis siue politia  
dividitur Quas quidē oportet accipe  
re: vel respectu totius ciuitatis cui partes inte  
grales respondent vel respectu sui regiminis: aut  
vt ad negotia ordinat̄ bellica. Quia scdm hāc di  
uisiōnē diuersa sortiſt vocabula a diuersis histo  
riarī sc̄iptoribus & auctoribus legū. Quātū aut  
ad primū modū tradendī diuisiōnē accipere pos  
sumus superius tactā quē est socratis & platonis  
qui totā politiā in quinq; colligebāt partes. In re  
ctores. s. consiliarios: bellatores: artifices: & agri  
colas. Aliam autē quē est romuli primi pricipis ur  
bis romæ qui vt historiae referit: diuisit multitu  
dinem sui populi ī tres partes. videlicet senato  
res milites: & plebem. Politia vero hippodomi p  
tria genera hominum dicebatur & ipsa constitul  
per bellatores artifices: & agricolas: vt supra est

## LIBER IIII .FO CCLI.

traditū. Harū autē quelibet sustineri potest: & ra  
tionē habet: C Pria .n. queq; hoīm gñia cōp̄ae  
hendit satis vīdeſ cōueniēs. Si. n. vites animaꝝ cō  
fideremus quartū resp̄cū nostra attendit̄ indigen  
tia. vñ accipit̄ cōſtituendi ciuitatē necessitas: ma  
nisestū ē dictā diuisiōnē esse ſufficientem. Patit̄  
.n. homo indigentia respectu partis intellectiuꝝ  
vt poſit viuere scdm virtute: ppter qđ eſt ſibi pa  
uila directio in agēdī ad qđ ordinaꝝ cōciliatiua  
qponit̄ a phio inter intellectuales virtutes. Vñ ī  
ecclesiastici. xxii. ca. ſcribiſ. Fili ſine confilio ni  
hil facias & poſt faciū nō penitebis. & iō ſi repu  
ſiue ī politia cōſiliarii sunt optia pars eius ppter  
qđ a pluracho cōparant̄ oculo qui in partē cor  
poris eſt nobilior. Indiget etiā refrenatiua concu  
pſientiē ſiue affectiū quae ī ordinata eſt: vt ipſe  
phī tradit̄. Vñ ipsa egritudines in. vii. æthi. ap  
pellat. Et iſi neceſſarii ſunt rectores ad corrigēdū  
hoīm malitiā: & ipſe apl's dicit qđ nō ſine cā  
gladiū portat vñdex ī ira ei q male fecit. Ex qua  
ratione institutę ſunt leges p̄ principes & recto  
res: vt p̄ plm patet. & ipſe apl's in ep̄la ad Gal. ill  
.ca. Lex inq̄t ppter transgrefſores poſita eſt: & ite  
rū. iusto nō eſt lex poſita: Sunt etiā & alia indi  
gentiē humanaꝝ vitę q̄ respondent alii potentiis  
alia: vt eſt tegumētū; ornamētū & nutrimentū.

Duo quidē p̄fia indigentia supplent partis sensi  
tiue hominis: qđ artificiū est officiū siue in edifi-  
ciis: siue in vestimentis: siue calceamentis siue qui  
buscūq; aliis artificialibus rebus: qđ aspectū vel au-  
ditū vel odoratū siue tactū delectat vel eisdē con-  
serūt supplemētū. Sed ad indigentia supplendā  
humanę vitę qđtū ad nutrīmētū qđ responder  
parti vegetatiue ordinant̄ agricole: siue in pane:  
siue in vino: siue in fructibus: siue in gregibus: si-  
ue in armamentis: siue in volatilibus: que oīa de iu-  
re ad ciuitatē p̄ agricultas deserūt & transportant̄  
. Bellatores aut̄ cōgrua fūnt pars politiæ: ordina-  
ta qđem cōtra impulsores aliarū partiū & ad ipsa-  
farū munimē. Ad hoc n. cōstituit̄ miles in ciuita-  
te: vt se p̄ sua patria cōtra hostes opponat. Vn-  
de ad hoc iuramēto altringunt̄ cū ad gradū mili-  
tarē ascendūt p̄ repu. nō recusantes mortē vt in  
politicato tradi: vbi de sacramēto militis agitur.  
Est ergo bellator in repu. necessarius & pars p̄  
cipua politiæ: quia eius officiū est aūstere princi-  
pi p̄ exequēda iustitia vt dicis i cōmemorato l.,  
& fideliter & cōstāter cōtra hostes pugnare p̄ cō-  
seruāda patria: & sic nō solū parti politiæ: sed to-  
ti: militarū gradū in repu. singulariter est fructu-  
osus. Ex qbus omnibus manifeste patet sufficien-  
tia politiæ Socratis & platois qđtū ad partes eius.

Chic ostendit sufficientia partiū integraliū poli-  
tiæ quas hippodom⁹ tradit & Romulus. ca. xxv.

**S** Ed & de duobus aliis modis iam dictis  
ad huc diu sio tolerati potest: q̄a cōp̄e  
hendū turicū prima cuius sufficiētia ē  
lā ostensa. Et qđem in diuīsione Romuli cū de se-  
natoribus agit: rectores accipimus politicos &  
sapientes eis adiunctos: siue affiessores: siue quos  
cūq; alios iurisperitos. Plus.n. principes politici  
sunt cōsiliarii q̄ regales vel imperiales. Sicut &  
de romanis scribit̄ in primo machi. q̄ cōsulebant  
quotidie trecentos vīginti de multitudine: vt q̄  
digna sunt gerant. Cuius ratio esse potest: q̄a re-  
gimen politicum solis roborat legibus: vt dictū ē  
supra. ¶ Regale vero siue imperiale: & si legibus  
gubernetur in casib⁹ tamen i oportuniis ac geren-  
dis quibuscunq; negocis regiūmen cōsiftit in at-  
bitrio principis: quia pro lege habetur quod prin-  
cipi placuerit: vt iura diffiniunt̄. Concludēdum  
est agitū in dominio politico cōsiliarios maxi-  
me fore necessarios: quos in nomine senotorum  
includimus. Vñ Isidorus dicit in vndecimo q̄ hi  
mologariū q̄ senator a consulendo & tractando  
est dict⁹ q̄ sic se habet vt cōsulat & nulli noceat.  
Vñ & Aug. de ciuitate dei senes inter senatores  
cōnumerat. Compræhendimus etiā in noīe sena-

De regimine principum.

toris rectores: sicut idem Isidor⁹ tradit in prenoia  
to iam libro ex verbis Sallustii dicentis: q̄ se-  
natores patres vocati sunt propter diligentem curam  
regiminis. Nam sicut patres filios; ita illi rep. gu-  
bernabāt. Patet igitur q̄ in noīe senatorū quos ro-  
mulus distinxit a militib⁹ & plēbeis: etiā rectores  
& consiliarios cōprehendit: quos Socrates & pla-  
to in sua politia posuerunt distinctos. Sed in noīe  
plēbis artifices & agricolas accipere possumus: ga-  
vtrūq̄ gen⁹ de gēte plābea accipitur. Et a ppter q̄  
diuīsio multitudinis in ciuitate per p̄fatos phios a  
diuīsione quā fecit Romulus nō discordat. De  
distinctione tamen hypodomi iam p̄tacti videtur  
esse dubius: ga nulla sit ibidem mentio de consilia-  
riis & rectoribus: nec ad partes reducivales p̄ dī-  
ctū phim assignatas: cum actus & nature ipsarum  
penitus sint diuersa. Sed si attendimus ad ea q̄ de  
ciuitate ei⁹ sūt tradita questio facilius solut⁹. Per  
tractat. n. de iudicib⁹ & assessorib⁹: vbi circa ipso  
suā ponit distinctionem: & nos ex ea possem⁹ acci-  
pe cōsiliarios: & rectores: de quibus pro tanto mé-  
tionem nō facit cum de partib⁹ agit politiq̄: eo q̄  
illas partes solū asūmit quae ad indigentiam refe-  
runt corporalis vita: vñ & sua positio q̄tū ad sub-  
stātiā a prima videlicet socratis & platonis nō vi-  
detur differe. Hec igit̄ de p̄tib⁹ politia ex quis-

Liber. IIII.

Fo. CLIII.

bus cōstituif dicta sufficiāt. CVnū tamen de eis  
adhuc considerāndū videt de bellatoribus videlz  
quia omnes politiae de ista parte facit mentionē  
Cuius quidem rationem habere possumus a vege-  
tio de arte militari in fine primi lib. quia oēs regio-  
nes & ciuitates per bellatores in suo sūt conserua-  
te vigore: & q̄ respu. diminuta est per dissuetudi-  
nē bellandi in vrbe: post primū bellū punicū per  
annos viginti in pace vitā deditcens. Vnde Ro-  
manos vbiq̄ victores sic eneruauit vt in .ii. bello  
punico hānibali pes eē n̄ possent. Tot itaq̄ cōsuli-  
bus. tot exercitib⁹ amissis: tūc demū ad victoriā  
puenerūt cū excerptū militare cōdiscere potuerūt  
et postea concludit: Semper ergo legēdi exercitādi  
q̄ sunt iuniores. V tillus em̄ constat suos eruditre  
armis: q̄ alienos mercede cōducere. Necessarii iḡ  
sunt bellatores omni tempore in rep. tum pro pa-  
ce ciuitiū conseruanda: tum pro incursu hostiū eul-  
tando. Quorum considerato fructu in repu. apli-  
or eis inter ciues confer̄ honor: tanq̄ magis necel-  
satiū ad cōseruationem politiae: & propter pericu-  
lum cui se pro ipsa debent exponere. Propter qđ  
eisdem solis dabatur victoriosis corona. Hinc est  
q̄ in policerato assimilantur manū: que sūt Arist.  
in scđ de anima est organum organorum. Iura  
etiā ipsoſ milites ampliori decorat p̄tūilegio inf

De regimine principiū

omnes ciuiiles; siue in testamento; siue in donatio  
nibus; seu in iugibuscūq; negoziis; sed p̄cipue dū sūt  
in castris ac suum exercent officium.

¶ Agit vterius de aliis partibus politiæ respectu  
regimini sybi verba exponuntur diuersorum of  
ficialium

CA. XXVI.

**D**e partibus aut̄ politiæ respectu regimini  
nis; q̄a romana respub. magis ordinem  
p̄cipuum tenuit; & post Targniū expul  
sum a regno gradus officialiū ponit ab historia  
rum scriptoribus de ipsiis specialiter tanq; aliorū  
exemplaribus est agendum. Narrant .n. p̄io con  
sules institutos. brutū. videlicet qui maxime ege  
rat vt expellere f̄tarquinilus; & tarquintum colla  
tinum maritum Lucretiē; sic dictos vel a consule  
do ciuibus vel a regendo cuncta consilio. Quos  
mutādos ideo elegerūt per singulos annos; vt di  
ctum est supra; vt nec insolēs diu maneret & mo  
deratior cito succurreret. Propter hoc autē duo  
patres erant; quia unus rem ciuitatem; alter vero  
rei militaris curam gerebat. Processu autem  
potis. i. quinto ab exactis regibus anno inuen  
ta est dictatura occasione habita alicuius noui  
tatis i. vrbe. Dum enim gener tarquinii ad vindi  
candum regis iniuriam magnum congregasset  
exercitem contra ciuitatem ad confortationem

LIBER. IIII. FO. CLIII

gentis noua instituta est dignitas; quā dictatura  
appellarunt maior potestate ac imperio consula  
ti. Item tempore excellentior; q̄a de quinto in qn  
tum anni ipsorum expirabat officium; consula  
tus autem p̄ annum. Hi dictatores magistri a po  
pulo vocabantur; quam dignitatem ferunt histo  
riae habuisse lulium. Eodem etiam anno tradunt  
magistrum equitum institutum qui dictatori ob  
sequebatur. Dictator autem primus ut scribit  
Europius fuit lamius. sed magister equitū; spu  
rius cassius. ¶ Sexto autem anno; quia consules  
nimis grauabant plābem a populo instituti fue  
tunt tribuni; sic dicti; vt tradit Isidorus libro no  
no etymologiarum eo q̄ iura populo tribuant  
quem locum in ciuitatibus Italiæ tenent Anzia  
ni ordinati ad defensionem gentis plebej. ¶ Sed  
aduertendū hic q̄ senatores sp̄ fuerūt; ex quo sit  
a romulo instituti. vñ tradunt historiq; q̄a cō  
sules cū senatoribus populo erant infest; inuenti  
fuerūt tribuni in fauore plēbis. Sūt aut̄ & alia nos  
mina officialiū virbīs; de qbus historię faciliſ mē  
tionē. sed p̄cipue Isidor⁹ li. ix. atymo. videlicet  
cōfōres patriciū; p̄fecti; p̄tores; patres conscripti; p̄  
cōsules; excōsules; cōfōrini; decuriones magistra  
tus; & tabelliones; de qbus oībus sub cōpēdio est  
dicēdum. ¶ Censoria autē dignitas apud veteres

VII

De regimine principiū

romanos erat: quæ apud modernos est dignitas judicialis, censere n. iudicis est. Dicunt etiā cœsto tes patrimoniorū vt tradit idēlsidor⁹ a cœsu eis appellat: qđ est officium specialis curæ in ciuitate: siue in tutoribus dādis: siue actoribus: siue cūratoribus: vel qbuscūq; causis & negociis pupillo rum & viduarū vel etiā rebus patrimoniis libus diuidendis. Sed patricii ideo dicuntur: q; sicut patres filii: sic illi ciues romanae rēipi, curā gerant qualis fuit domus Fabia de qua dictū est supra. Patriciatus igitur nō erat officiū in repū. sed quēdam paterna reuerentia ppli ad aliquā pgeniem ciuitatis p zelo politiæ ro. quē gerebant. Vñ & lura gētiū patriciatū omni eminētię siue p̄cipia tui p̄fert: sicut pat̄ p̄fert oī curę tutorię. P̄fecti autē dicti sunt: eo q; p̄toria p̄festate p̄fint. vñ & p̄tiores idem qđ p̄feti dicunt. Importat. n. ta le officiū omnīmodā factiōnem quasi p̄cipu⁹ sit operator & executor iustitię. Scriptura tamē sacra ad exteriores referit actiones. vt in prin. exodi scribit q; præcepit pharao p̄fectis operū & ex aetoribus populi dicens. Nequaq; yltra dabitis populo paleas ad conficiēdos lateres. Hi aut̄ & p̄tores vocabant ex prosecutione iustitię. Patres aut̄ cōscripti appellabant senatores ratione offi ciū: vt. n. refert. Isidorus cū romulus ipsos institu

LIBER .III. F.O CLV

It in decēcurias ip̄os eosdem elegit: & noīa eorū p̄tenti populo in tabulas aureas contulit atq; Inde nominati sunt patres conscripti: quos etiā ī tres ordines distinxit. primi vocabātur illustres: secūdi spectabiles: tertii aut̄ clarissimi: quorū verba exponere longū esset. Proconsules aut̄ dicti sunt coadiutores consuliū quasi proiecti siue adiecti consulibus: nec consulatu fungebantur sim pliciter: si cut nec p̄curator curatori siue actoris vel procōsul dicebat assessor q vice cōsulū iudicabat. Exconsul vero dicebat consul amotus ab oficio peracto vīcis suę anno: vñ excōsul quasi extra cōsulatū existens. Habetat tñ aliqua fastigia sui cōsulatus siue alicuius īmū nitatis siue alicuius scungy signū eminentię: p quod cognoscatur siue siue consul. Censorini autem minores iudices dicebāt ad act⁹ cēsorię curię vel regiminis depūtati de q̄ dictū est supra q̄si inferiores cēsores. Sed decuriones ad omnē actū curialis officiū sic dicitur: vt dicit lsido, quia sunt de ordine curię & q; officiū curię administrāt: sic vocat⁹ est ioseph ab artimathia nobilis videlicet decurio: ac vir iustus & bonus qui pro domino nostro Iesu christo mercatus sindonem officiosissimam & reuerentissimā contulit sepulturā. De magistratu aut̄ in fine superioris libri satis est declaratū. Nūc aut̄ agendū

De regimine principum.

est de altero officio: & infimo cuiuscumque regimini  
nis: qd est tabellio sic dictus: vt tradit Isid. qm pot  
titor sit tabellatum & susceptor in qb' acta gerun  
tur sive teipu. sive persone priuatae. Id est etiā & scri  
ba publicus vocatur: quia ea sol' scribit gesta que  
publica vocant: quē & iura gentiū seruum publi  
cum appellant. Restat autē de vno solo nomine di  
gnitatis diffinire q̄tū ad regimē politiæ: qd scipio  
appellat: qd quidē fm ppteratē vocabuli bacul' dicit:  
cui quasi ad sui ducatū initit & sustentatur  
Quo pater Cornelii scipionis indiguit. Hunc autē  
patrem tradūr historie suisce cecū vnde cū bacu  
lo sive scipione veniebat in forū. Ad hūus igitur  
similitudinem filius eius publius cornelius: quia  
sustentauit répu. cōtra hānibalē & carthaginem  
vocatus est scipio: & quia totam aphricam subiu  
gauit romanis dictus est scipio aphtican⁹: ad dif  
ferentiam alterius scipionis nepotis eius qui His  
paniam deuicit: & vocatus est Lucius Cornelius  
numantinus a numantia quam subiecit ac pro  
strauit. Scribit etiam Augustinus primo de ciui.  
dei tertium suisce Scipionem qui & nasica est vo  
catus frater maioris scipionis: qui ne carthago de  
strueretur prohibuit afferens ipsam esse medici  
nam Romanis. Ex his igitur propter probitatem  
tantorum virorum considerato principio: vnde

Liber. IIII.

Fo. CLVI.

nomen scipionis ortum habuit scipionem legista  
tores vocatunt virginem quam princeps portat in  
manu cum sceptro quasi semper victoriosus: vt il  
le magnus Scipio fuit. vnde narrat Isido. in. xvif.  
Ethimo. q̄ triumphantes purpuram paliatam &  
cogatam habebant vestem: & scipionē cū sceptro  
gerebant in manu ad imitationem victoriae scipi  
onis. Hæc igit̄ de nominibus dignitatum respe  
ctu regimini sunt tantum sint dicta.

Hic declarat de partibus politiæ q̄tum ad bella  
tores quos distinguit fm tripliē confederatio  
nem.

CAP. XXVII

**S**ed & de partib⁹ ordinatis ad bellum q̄  
sunt partes politiæ: & eidem necessariæ  
vt superius est probatum congruum vi  
detur tradere. Quæ quidem bene dispositæ pul  
chritudinem & decorum causant ac delectationē  
generant. Ex quo etiam ingens cordis augumen  
tum: audaceq̄ reddit animos ad arduorum ag  
gressum: vnde Salomon in canticis. Exercitum dis  
positum ad bellandum pulchritudini sponsæ assi  
milat & decori. Pulchra igit̄ es & decora filia hieru  
saliē terribilis vt castroq; acies ordiata. Sic enim pul  
chritudo allicit: vt extasim faciēs nihil aggredi t̄

De regimine principum.

meat vel formidet: quod in excessu iusamantibus maxime est manifestū. Ita etiā de acie bene ordinata contingit: & ideo ipsam terribilem vocat: siue ad pulchritudinē sponſe. siue ad aciem referens ex cālam dicta. ¶ Propter quod nō īmerito de dictis partibus est agendū: quia ad ornatū faciunt politi: & quia homo in bello praecepue regimine indiget ppter difficultem & terribilem actū quem exercet: in de oportunum videtur in castris exercitum diuidere in numerum certū: cui libet assignando duca tum per quem regatur & dirigitur ad pugnandum cum hostibus. Quem quidem accipe possumus a Vegetio in primo li. de re militari. ubi exercitus diuidit in legiones: in quo dicit duas suffice re cui libet duci vel cōsuli. Legionem diuidit in cē cohortes: sed cohors prima numero & merito aīcedit. Nam genere quidē & litterarū instructio ne viros electissimos querit: ut idē tradit vegeti⁹ Qd p tanto dicit ut castra magis cōfidant: si rati vīti in prima exponant acie: & qā maxime requiri tur sapientia ubi periculū toti⁹ dependet exercitus. Hęc aut̄ cohors aquilā suscipit signū p̄cipiū Romanorum castrorū: & totius legionis insigne Qd & īperatōrib⁹ posteriorib⁹ est relictū. Cuius quidem ratio assignari potest: quia ut idem dicit Vegetius. Militaris romana disciplina primas aci

Liber. IIII.

Fo. CLVII.

es faciebat alares. Inter omnes aut̄: auī alas aquilā linę sūr fortiores. Vel aliter dici pōt q̄ ideo signū aqle eis tradi ex p̄eminentia videlicet in mūdo cītū ad dominū proper celestē & diuinū effe cītū: quē implorare debent continue: ut faciebat ille p̄inceps Iudas machabeus qui ī pugnādo de cē lo auxilium perebat. Qd p̄cipue eis cōperit propter pīculū cui se cōmittit: vel quia merent apd deū ut sint vīctoriosi: eo q̄ mortis exponit pro populo. De qua aquila dicitur in Ezechiele loquē tēde Nabuchodonosor orientis monarcha. Agag la grandis: magnarū alarū: longo mēbroq̄ ductu: plena plumis & varietate: venit ad libanū & tulit medullā cedri. Post hoc subdit Vegetius numerū primæ cohortis: quā milenariam vocat: eo q̄ mil le centum pedites in ea sunt: equestres autem cē tū triginta sex. Cāteras autem vocat quīnque natias: quia in qualibet ponit quīngētos quīnqua ginta quīngē pedites: equestres aut̄ sexaginta sex: ut quilibet eques certum numerum peditum habeat. Disponit etiā in quīta cohorte milites fortiores: q̄ sicut p̄ia dextrū tenet cornu: ita & q̄nta sinistrū. Milta alia dicit ibi Vegeti⁹ q̄ enērare nī mis ēēt lōgū: & verba ei⁹ rāq̄ inusitata modernis temporibus maiori indigerent expositione. Hęc autem tantum ad præsens sufficiant. Qz si multi

De regimine Principum

tudo populi in politia sub certis limitibus in gradu & numero disponitur q̄e ad sui directionem: multo magis in castris in quibus maxima & periculosisima est difficultas regiminis. tum ex parte opis qd̄ eis incubit: quia ad finem terribiliū ordi natur qd̄ est mors. tū ex parte hostiū qui infestat. Vnde sicut in exodo consultitur moyſi a cognato suo letro: ut onera diuidetet per officia diuersa in iudicando populum vbi ait. Proinde viros potentes: & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos: & ceteriores & quinquagenarios & decanos qui iudicent populum. Ita & Iudas machabeus cum infestaretur ab hostibus sua castra diuisit in eodem numero constitundo duces: per tribunos videlicet Centuriones. Pētacōtarchos: & de curiones: qui quidem numerus satis proportionatus est in militibus ad distinctionē exercitus. Vnde vnu in altero continetur ut facilior sit ad coniunctionem vnius cum altero: cum bellādi necessitas hoc requirit. Distinctio vero quam facit vegetius ex dispositione acierum atreditum cum capite bellum ordinatur: licet etiam ipse cohortes ad centurias reducat: & decurias ex certis causis & rationibus.

Hic declarat de nob̄ ducū: & de nūero cohortū: & qd̄ significat vniq̄d̄.

CA. XXVIII.

Liber. IIII.

Fo. CL. VIII.

**S**ed quia de nominib⁹ agitatur ducum: videndum est de ipsis prout scriptura sacra denominat: & Romana respublica ac moderni describūt. Et primo quidem de tribu no quod quidem nomen dicit Vegetius ex tribu originem habere: quia praeerat militibus quos Romanus elegerat qui ex tribu originem traxerunt. Idior⁹ autem in. ix. aethimologiarum dicit q̄ tribuni dicti sunt q̄ plēbeis iura prēbent. Vnde in sa uorem eorum sunt instituti proconsules. Alibi vero dicitur q̄ tribuni dicebantur qui mille militibus praeerant: quos grāci Cyliarchos appellant: sicut centuriones a centum militibus sunt nominati. De quinquagenaris siue penthacontarchis quod idem est: vegetius mentionem non facit. S̄ scriptura sacra in praefatis iam libris. & In quarto libro regum quos ad imprecationem Helyæ iuxta eorum metitum flamma combusit. Sed Decanos siue Decuriones sic dictos q̄ decem militis curam habent in castris: Vegetius sub uno comituberno & uno Papilione disponit. Nomina vero generalia multitudinis armatorum ad pugnandum dispositę hæc sunt videlicet exercit⁹ ab exercitio siue ab exercitādo dictus. utrūq̄ em in dicta regis multitudine vocant & castra a casti-

De regimine principis

cate dicta; ut tradit Istorius; eo quod ibi debet castra  
ti libido. Subtraheban. n. deliciæ a castris cum in-  
cuberet hostiū pugna; ut vegetius scribit; vni ca-  
stra filiorū israel deuicta fuerunt a madianitis; q[uo]d  
fornicati sunt cum filiabus eorum; ut scribitur in nu-  
meris. Propter quod in deuteronomio scribit; quod dñs  
ambulabat in medio castrorum israelitici populi; ut  
sunt castra eorum sancta; nihilque in eis appareat sce-  
ditatis. Vt et castra dicebant; propter munitionem ex-  
ercitus in aggeribus & vallibus; ac aliis clausuris  
fortissimis quibus romani principes vtebant; cum in-  
uadebant hostes. Propter quod fossores; fabri ac la-  
tomia assumebant ad militarem disciplinam; ut habe-  
rent ipsorum artifices necessarios ad tuitionem ex-  
ercitus. Est & aliud nomine pugnare & multitudo pu-  
gnatorum ex primis videlicet legio ab electione  
dicta; ut tradit Istorius eo quod milites in ea conten-  
ti eligebantur ab aliis tanquam magis experti. Quae-  
dam autem alia nomina sunt partium legionum siue ex-  
ercitus; quae a vegetio tradidit in secundo libro. ix.  
ut Manipulus qui est numerus ducetur otum militum  
sic dicitur quod mane hostes impeteret siue pro signo  
manipulos stipulae siue alicuius haerbae ferte se  
cum de quibus Lucanus. Conuocat armatos ex tem-  
plo ad signa manipulos. Alii vocatur velites; a vo-  
litando dicti propter suam agilitatem. Romana

LIBER . IIII . FO . CLIX.

. in res publ. quosdam iuuenes agiles habebat in mil-  
itia legionum; quod cum intuaderent hostes consedebat  
post equitum terga tunc subito desilientes de equis  
turbabant hostes. Tales autem milites Hannibali; ut  
scribit Istorius multum fuerint iste p[ro]p[ter] quos elephanti  
eius per maiori parte sunt interempti. Qualis fuit  
ille eleazarus de qua tradit in i. machabeorum. quod  
exiliens in mediu[m] legionis contra castra regis ana-  
tiochi bestiam inuasit elephantinam loricatum loricis  
regis ipsamque bestiam occidit. Est & aliud genus ar-  
matorum; quod acies nuncupatur ab acuitate dicta;  
ut Istorius dicit; quod audaciæ importat in aggrediendo  
hostes; de qua scriptura sacra sapientem me-  
tionem facit. Unde & de una tribu israelitici popu-  
lis scribitur in paralypomeno quod egrediebatur ad  
pugnam in acie priuocantes contra hostes. Aliud eti-  
am nomine est; quod cuneus appellatur quasi coiteus  
quod est in vnu collata multitudo ad pugnandum &  
maxime necessarius in bellando. De quo in deu-  
te dicitur quod unusquisque suos cuneos preparabit ad bel-  
lum. A quo forte Conostabulis vocabulum trahit  
apud modernos visitatum; quasi cuput cunei sta-  
bilis hoc est constantis & fortis. Est & aliud nomine  
nouum apud tuscos de prima cohorte & quasi eius  
dem romanæ cohortis similitudinem gerens qua-  
censu genere litteris; forma; virtute polentes mis-

De regimine principiū

Iles innitebantur: ut dicit Vegetlus. Cui tribus  
perat armorū scītla; virtute corporis: ac mo-  
rum honestate præcipiūs: quā trapellū dicunt  
ad perforandū acies hostiū appellata. Hoc n. ver-  
bum trapellationis importat. Sed & de officiali-  
bus castrorū multa tradit vegetius in secundo lib.  
Sed hæc quæ dicta sunt sub cōpendio ad p̄sens  
sufficiant q̄tum pertinet ad politiā tractatum  
In hoc. quarto libro. ¶ Restat vltius de princi-  
patu œconōico: hoc est de regimine domus qdē  
patrī familiās. Qui qdē materiā habet omnino  
distinctam ab aliis principatibus. Et ideo cōgru-  
um videtur hoc per se opus cōponere: distingue-  
do per libros siue tractatus & sua capitula: prout  
natura facit requirit. Quia in re philosophus eū-  
dem modū tenet. Et vltimum de virtutibus q̄  
requiruntur ad partes regiminis in quo cungē ge-  
nere: siue sint subditi: siue rectores: siue prīncipes  
siue subiecti fideles. Quia sic requirit ordo docti-  
nae in arte viuendi: & non simul ac mixtū tra-  
ctare de ipsis: vt quidam fecerūt: quia hoc est im-  
pedire intellectum discentiis: & est cōtra normā  
dicentis.

¶ Explicit vlgesimū opūculum. videlicet de re-  
gimine prīcipiū beati Thomae aquinatis ordinis  
predicatorum ad regem Cypti.

Eplā ad ducissam brabantę. FO. CLX

¶ Incipit Epistola eiusdem doctoris sancti de re-  
gimine ludorū: venditione officiorū Exactionis  
bus nō faciendis & factis restituendis ad ducissā  
brabantę.

**E**xcellentię vestrā recepi litteras: ex qui-  
bus & piam sollicitudinē circa regimē  
subditorū: vestrorū & deutō dilectionē  
quam habetis ad fratres nostri ordinis plenarię:  
tellexi deo gratias agēs qvestro cordi rātarū vir-  
tutū semia inspirauit. ¶ Quod tamē in eisdem a-  
merique reuertebatis litteris: vt vobis super quibusdā  
articulis responderem: vtq̄ mihi difficile fuit:  
tum propter occupationes meas quas requiri  
operatio lectionis: tum quia mihi placet ut  
super his requireretis aliorum consilium: magis  
in talibus peritotum. Verum quia indecens te-  
putauit vtestrā sollicitudini negligens coad-  
lutor inueniar: aut dilectioni ingratus existam  
super propositis articulis vobis ad p̄sens re-  
pondere curauit absq; praējudicio sententię meli-  
oris. ¶ Primo ergo vestra requirebat excellentias:  
si licet vobis aliquo tempore & quo exactiōem  
facere in iudicis. Ad quam questionem si absolu-  
te propositam responderi potest: quia licet vre-  
lura dicunt iudæi merito culpe suæ sint vel el-  
sent perpetua seruituti addicti: & sic eorum

Epistola de regimine iudeorum.

tes terræ domini possint accipere tanq; suas: hic tamē seruato moderamine: vt necessaria vita sub fidia eis nullatenus subtrahant. Quia tamē oportet nos honeste ambulare: etiā ad eos qui foris sūt ne nomen domini blasphemant: vt apł's fideles admonet suo exemplo: vñ sine offensione sim⁹ iudæis: ac gentibus & ecclesia dei: hoc seruandum videtur ut sicut iura determinant: ab eis coacta servitia non exigitur: quæ ipsi præterito tempore facere nō cōsueuerunt: quia ea quæ sunt insolita magis solent animos hominum perturbare. Secundum igitur huius moderationis niam: potestis fm cōsuetudinem prædecessorū vestrorū exactionē in iudeos facere: si tamen aliud non obſistat. ¶ Vnde autem q̄tū coniūcere potui circa hoc dubitationē veram augeri ex his quæ cōsequenret inquiritis: q̄ iudei terræ vestræ nihil videntur habere nisi qđ ac quisierunt per ysuratiam prauitatē. Vnde consequenter quæritis si liceat aliquid ab eis exigere: cū restituēda sint sic extorta. ¶ Super hoc ergo sic m̄ dēdū videtur: qđ cū ea quæ iudei per ysuras ab aliis extorserūt non possint licite retinere. consequēst est ut si etiā vos hæc acceperitis ab eis non possitis licite retinere: nisi forsitan talla quæ a vobis vel antecessoribus vestris hactenus extorſissent. Si qua vero hñt q̄ extorserunt ab aliis: hæc ab eis

Ad ducissam Brabantiae. Fo. CLXI.

exacta illis debetis restituere: qđ iudei restituerē tenebāt. Vñ si inueniunt certę personā a quibus extorserūt ysuras: debet eis restitutus: aliquis debet in vios ysus fm consiliū dioecesani ep̄i & aliorū pbrō: vel etiā in cōm vtilitate recte si neceſſitas imminet: vel exposcat cōis vtilitas erogari. nec esset illicitū: si a iudeis extorserūt talia de nouo: seruata consuetudine prædecessorū vestrorū: ac intētione ut in p̄dictos ysus expedeten. ¶ Secūdo vero regrebatis si peccauerit iudeus: vñ si poena pecūlia ria puniendus cū nihil habeat p̄ter ysuras. Respōdēdū videſ fm p̄dicta: q̄ expedit eū pecūliaria poena puniri: ne ex sua iniq̄itate cōmodū reportet. Vnde dēdū ē mihi q̄ ēr̄ maiori poena puniēd⁹ iude⁹ vñ qđcū q̄ alij⁹ ysurari⁹ q̄ alijs alij⁹: q̄to pecūlia q̄ auferatur et min⁹ ad eū noscīt p̄tinere. Pōt etiā pecūliarē alia pena supaddi: ne hoc solū ad poenā sufficere videat: q̄ pecūliā alii debitā definit possidere. Pecūlia autem poenē noīe ab ysurariis ablata retinetur nō pōt: sed iysus p̄dictos debet expendi si nihil habeant aliud q̄ ysuras. Si vero dicatur q̄ ex hoc principes terrarum damnificantur: hoc damnum sibi imputent vt pote ex negligentia eorum proueniens. Melius enim esset ut iudeos laborare cōpelleret ad propriū vietū lucratū: sicut i p̄ib⁹ Itali faciūt: q̄ q̄ ociosi vliuētes solis ysuris dicentur:

& sic eorū dñi suis redditibus defraudentē. Ita, n.  
& p suā culpā principes defraudare nō redditib⁹  
pprit: si pmittere rēt suos subditos ex solo latrocī-  
nio vel furto lucrari. Tenerent̄. n. ad restitutōnē  
eius qdcung⁹ ab eis exigerent. ¶ Tertio q̄rebat si  
vltro offerat pecunia vel aliqd enxenitū: an recipie-  
līceat. Ad qđ respōdendū videt̄ q̄ licet recipi: sed  
expedit q̄ sic acceptū reddat̄ his qb⁹ debet. v̄l all-  
ter vt supra dictū ē expēdat: si nihil aliud habeat  
q̄ vsuras. ¶ Quarto q̄rit si plus accipiat̄ a iudæo  
q̄ ab eo xp̄iani regrat̄: qđ sit de residuo faciendū.  
Ad qđ patet tespōsio ex iam dictis. Qz. n. xp̄iani  
minus tegrit̄ pōt̄ eis ppter duo: vel q̄ forte iu-  
dēus aliqd habebat ppter vsurariū luctū: & in tali  
casu licet vobis illud retinere seruato moderam̄  
ne supra dictio. Et idē videt̄ dicendū si illi extorse-  
rit vsuras eis q̄ postea bona voluntate donauerūt:  
cū tñ iudei prōpte se offerten ad restituēdū vsu-  
ras. Vel pōt̄ cōtingere q̄ illi a gbus accepserūt sūt  
sublati de medio: vel per mortem: vel in terris ali-  
is morātes: & tūc ipsi debet restituere. Si tñ non  
apparēt certe psonę gbus restituere teneant̄ pce-  
dendū est vt supra. Qđ aut̄ de iudæis dictū est in  
telligendū est & de cauorfinis vel quibusq; ali-  
is iniſtentibus vsurarię prauitati. ¶ Quinto q̄re-  
batis de baliūs & officialibus vel tr̄is: si liceat eis

officia vēdere: v̄l mutuo ab eis recipi aligd certi  
donec tñ recipiāt ex officiis. Ad qđ dicēdū vide-  
tur q̄ q̄stio istas duas difficultates habere vides:  
quarū p̄ia est de officiorū vēditio. Circa quā cō-  
sideradū videt̄ qđ apl⁹ dicit: q̄ m̄ta licet q̄ nō ex  
pediūt. Cū aut̄ baliūs & officialib⁹ v̄fis nihil cō-  
mittat̄ nisi tpalis offm̄ p̄at̄is nō video q̄te huiu-  
smōi officia nō liceat vob̄l vēdere dūmō talib⁹ vē-  
datis de qb⁹ possit p̄sumi q̄ sint utiles ad talia of-  
ficia exercēda: & nō tanto p̄cio vēdan̄ officia q̄  
recupari nō possint sine grauamine vitorū subdi-  
torū: Sed tñ talis vēditio expediēs nō videt̄. P̄io  
quidem quia contingit frequenter q̄ illi quiescēt  
magis idonei ad huiusmōi officia exercēda sunt  
paupes vt emere non possint. Et si etiā sunt diui-  
tes illi qui meliores sunt talia officia non ambiūt  
nec inhiant ad lucra ex officio acquirendā. Sequi-  
tur lgitur q̄ v̄ plurimum illi officia in terra ve-  
sta suscipiant qui sunt peiores ambitiosi: & pe-  
cuniae amatores: quos etiam probabile est sub-  
ditos vestros opprimere: & vestra etiāt commo-  
da nō sic fideliter pcurare. Vñ magis videtur ex-  
pediēs v̄ bonos homines & idoneos ad suscipiē-  
dum vestra officia eligatis: quos etiam inuitos si  
necessē fuerit cōpellatis: q̄a p̄ eorū bonitatē & in-

Epistola de regimine Iudeorum.

distrīa maiora accrescēt vobis & subditis vestris  
q̄ de prædicta officiorū venditōe aquitare valea-  
tis. Et hoc consilium dedit Moysi eius cognatus.  
Prouide inquit de omni plebe viros sapientes & tia-  
mētes dñi i qb̄ sit charitas: & q̄ oderit auaritā: &  
cōstirue ex eis tribunos: & cēturiōes & qnāgena-  
rios: & decanos q̄ iudicēt pp̄lm oī tēpore. Secūda  
vero dubitatio circa hunc articulū esse pōt de mu-  
tuo. Circa qd̄ dicēdū videtur q̄ si pacto hoc mu-  
tuū dant vt officiū accipiant absq̄ dubio pactum  
ē vñrariū qa p mutuo accipisit officiū porestatē.  
Vñ in hoc datis eis occasionem peccādi: & ipsi ēt  
tūc tenentur resignare officio taliter acquisito. Si  
tn̄ gratis officia dederitis: & post ab eis mutuum  
aceperitis qd̄ de suo officio possint recipere hoc abs-  
q̄ oī pētō fieri pōt. Sexto q̄rebatis si liceat vobis  
exactiōes facere in vños subditos xp̄ianos. in quo  
cōsiderare debetis q̄ principes terrātū sunt a deo  
instiutū: nō qd̄ vt pp̄ria lucra querant: sed vt cō-  
munē populi vtilitatē procurēt. In reprēhensione  
em̄ quorūdā p̄incipiū dicitur in Eze. P̄incipes ei⁹  
in medio ei⁹ quasi lupi rapaces positi ad effundē-  
dū sanguinē: & ad q̄rendas aias: & auaritę lucra  
sequēdā. Et alibi dñ p quēdā pp̄ham. Veli pastori  
b⁹ israel q̄ pascēbat seipso. Nōne greges pascūt: a  
pastorib⁹. Lac cōedebatis: & lanis coopiebamini:

Ad ducissam Brabantia. Fo. CLXIII.

qd̄ crassū erat occidebatis: gregē asūt meū non paf-  
cebatis. Vñ constituti sunt redditus terrātū prin-  
cipibus: vt ex illis viuentes a spoliartione subditō-  
rum abstineant. Vñ in eodē propria dño mādāte  
dicitur q̄ p̄ncipipl̄ erit possellio in israel: & non de  
populabunt vltra p̄ncipes populū meū. Contin-  
git tñ aliquā q̄ p̄ncipes nō habēt sufficiētes red-  
ditus ad custodiā terrē: & ad alia q̄ iminēt rōnabi-  
liter p̄ncipib⁹ expetenda. Et in tali casu lustrum  
est vt subditi exhibeant vñ possit cōis eorū vtili-  
tas procurari. Et inde est q̄ in aliquib⁹ terris exan-  
tiqua cōsuetudine domini suis subditis certas col-  
lectas imponunt: q̄ si non sunt immoderate ablḡ  
peccato exigēt p̄nt: quia fm̄ apostolū nullus miseri-  
tat stipendiis suis. Vnde p̄ncip̄s qui militat vti-  
litati cōi: pōt de cōib⁹ viuere: & cōia negocia pro-  
curare: vlp̄ reddit⁹ deputatos: vel si hm̄l defint  
aut sufficiētes nō fuerint: p ea q̄ a singulis collig-  
unt. Et si his rō esse videf si aliquis casus emergat  
de nouo: in quo oportet plura expendere p vtili-  
tate cōi: vel p honesto statu p̄ncipis cōseruādo:  
ad q̄ nō sufficiēt redditus pp̄t̄ vel exactiōes cō-  
suēt̄: pura si hostes terrā inuadāt: vel aligs similis  
casus emergat. Tūc em̄ & p̄ solitas exactiōes pos-  
sent liceat terra p̄ncipes a suis subditis aliqua  
exigere p vtilitate cōi. Si vero velit exigere vltra

X.III.

De regimine iudiciorū Ep̄la

id qđ est istitutū: p̄ sola libidine habendi: aut p̄  
pter inordinatas & imoderatas exp̄ses: hoc eis  
omnino nō licet. Vñ Ioannes baptista militibus  
ad se venientibus dixit. Nemine cōcūlati nec ca-  
luniā faciat: & cōtentī estote stipēdiis vestris.  
Sicut n. quasi stipēdia principiū eorū redditus qb⁹  
debēt esse cōtentī vt vltra nō exigant: nisi scdm  
rationē pdictā: & si vtilitas est cōmuniſ. ¶ Septio  
q̄ebatis si officiales vestri absq̄ iuris ordine ali-  
qd a subditis extorserint qđ ad manus vestras de-  
uenerit: vel nō forte: qđ circa hoc facere debeatis  
Sup quo plana est respōsio: qđ si ad manus vestras  
deuenerit: debetis restituere v̄l certis psonis si po-  
testis: v̄l in pios v̄sus expēdere: sive p̄ vtilitate cō-  
muni si ḡsonas certas nō potestis inuenire. Si autē  
ad manus vestras nō deuenerint debetis cōpelle  
re officiales vestros ad cōsimilē restitutionē etiā  
si nō fuerint notē vobis aliquę certę psonę a qbus  
exigerint: ne a sua justitia cōmodum reportent.  
Quinimmo sunt a vobis sup hoc grauius punie-  
di ut ceteri a similibus abstineat in futurū: quia si  
cūt Salomō dicit Peſti ēte flagello stultus sapien-  
tior sit. ¶ Vltio q̄ritis si bonū est vt p̄ puincia ve-  
strā iudici signū distinctū a xp̄ia is deportate cogā-  
tur: Ad qđ plana est respōsio: & scdm statutū cō-  
ciliū generalis iudici v̄tiusq̄ sexus in oī xp̄ianorū


Ad ducissam brabantę .FO CLXIII.

puincia & in omni tpe: aliquo habitu ab aliis po-  
pulis debent distingui. hoc eis etiam in lege eorū  
mandatur vt. s. faciat simbrías p̄ quattuor angu-  
los palliorū: p̄ quas ab aliis discernantur. ¶ Hac  
sunt illustri & religiosa dñia quę vestris q̄stionib⁹  
bus ad præsens respōsenda occurrit: in qbus vo-  
bis nō sic meam sententiam ingero qn magis sua  
deam perit eorū sentētiā esse tenendā. Valeat  
dominatio v̄ltra p̄ tempora longiora.

Finis

Ex q̄dibus Ascensionis impensis loānis Paru ad  
Idus Decēbris. M.D.IX.

Deo gratias



29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1

10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1

